

**SESSION 2025**

---

**AGRÉGATION  
CONCOURS EXTERNE**

**Section : GRAMMAIRE**

**VERSION LATINE**

Durée : 4 heures

---

*Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot, Goelzer et Quicherat sont autorisés.*

*L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique (y compris la calculatrice) est rigoureusement interdit.*

*Il appartient au candidat de vérifier qu'il a reçu un sujet complet et correspondant à l'épreuve à laquelle il se présente.*

*Si vous repérez ce qui vous semble être une erreur d'énoncé, vous devez le signaler très lisiblement sur votre copie, en proposer la correction et poursuivre l'épreuve en conséquence. De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, vous devez la (ou les) mentionner explicitement.*

**NB : Conformément au principe d'anonymat, votre copie ne doit comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé consiste notamment en la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de la signer ou de l'identifier. Le fait de rendre une copie blanche est éliminatoire.**

**Tournez la page S.V.P.**

## INFORMATION AUX CANDIDATS

Vous trouverez ci-après les codes nécessaires vous permettant de compléter les rubriques figurant en en-tête de votre copie.

Ces codes doivent être reportés sur chacune des copies que vous remettrez.

Concours	Section/option	Epreuve	Matière
EAE	0201B	105	0310

## Agrégation externe de grammaire

### Version latine

#### Pudentilla

*Accusé d'avoir ensorcelé Pudentilla pour l'épouser et capter son héritage, Apulée se défend en dressant le portrait d'une Pudentilla tout à fait saine d'esprit.*

Aemilia Pudentilla, quae nunc mihi uxor est, ex quodam Sicinio Amico, quicum antea nupta fuerat, Pontianum et Pudentem filios genuit eosque pupillos relictos in potestate paterni aui – nam superstite patre Amicus decesserat – per annos ferme quattuordecim memorabili pietate sedulo aluit, non tamen libenter in ipso aetatis suae flore tam diu uidua. Sed puerorum auus inuitam eam conciliare studebat filio suo Sicinio Claro eoque ceteros procos absterrebat ; et praeterea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Quam condicionem cum obstinate propositam uideret mulier sapiens et egregie pia, ne quid filiis suis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas nuptiales cum quo iubebatur, cum Sicinio Claro, uerum enimuero uariis frustrationibus nuptias eludit eo ad<sup>1</sup> dum puerorum auus fato concessit, relictis filiis eius heredibus ita ut Pontianus, qui maior natu erat, fratri suo tutor esset.

Eo scrupulo liberata, cum a principibus uiris in matrimonium peteretur, decreuit sibi diutius in uiduitate non permanendum ; quippe ut solitudinis taedium perpeti posset, tamen aegritudinem corporis ferre non poterat. Mulier sancte pudica, tot annis uiduitatis sine culpa, sine fabula, assuetudine coniugis torpens et diutino situ uiscerum saucia, uitatis intimis uteri saepe ad extremum uitae discrimen doloribus abortis exanimabatur. Medici cum obstetricibus consentiebant penuria matrimonii morbum quaesitum, malum in dies augeri, aegritudinem ingrauescere ; dum aetatis aliquid supersit, nuptiis ualetudinem medicandum. Consilium istud cum alii approbant, tum maxime Aemilianus iste, qui paulo prius confidentissimo mendacio adseuerabat numquam de nuptiis Pudentillam cogitasse, priusquam foret magicis maleficiis a me coacta, me solum repertum, qui uiduitatis eius uelut quandam uirginitatem carminibus et uenenis uiolarem. Saepe audiui non de nihilo dici mendacem memorem esse oportere ; at tibi, Aemiliane, non uenit in mentem, priusquam ego Oeam uenirem, te litteras etiam, uti nuberet, scripsisse ad filium eius Pontianum, qui tum adultus Romae agebat. Cedo tu epistulam uel potius da ipsi : legat, sua sibi uoce suisque uerbis sese reuincat.

Estne haec tua epistula ? quid palluisti ? nam erubescere tu quidem non potes. Estne tua ista subscriptio ? Recita<sup>2</sup> quaeso clarius, ut omnes intellegant quantum lingua eius manu discrepet, quantumque minor illi sit mecum quam secum dissensio. Scripsistine haec, Aemiliane, quae lecta sunt ?

Apulée, *Apologie*

---

<sup>1</sup> *Eo ad = eoad.*

<sup>2</sup> Apulée s'adresse ici au greffier.

